Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et firmasti me in spiritu tuo in eternum Benedic
dominus deus israel a seculo et in seculum fiat fiat
Quemadmodum desiderat cervus ad fontes
aquarum ita desiderat anima mea ad te de
sitivit anima mea ad dm fontem vivum: quando
veniam et apparebo ante faciem dei Fuerunt mihi
lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur
cottidie ubi est deus tuus Et recordatus sum
effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum
tabernaculi admirabilis usque ad domum dei In
voce exultationis et confessionis: sonus epulantis
et tristis es anima mea: et quare conturbas me Spera
in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus
mei et deus meus Ad me ipsum anima mea conturbata
est: propterea memor ero tui de terra iordanis et her
monium a monte modico Abyssus abyssum
invocat: in voce cataractarum tuarum Omnia excel
sa tua et fluctus tui super me transierunt In die
mandavit dominus misericordiam suam: et nocte canticum ei
Apud me oratio vite mee: dicam deo suscep
tori meo es Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo
dum affligit me inimicus Dum confringuntur
ossa mea exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici
mei Dum dicunt mihi quotidie ubi
est deus tuus: quare tristis es anima mea et quare conturbas
me Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare
vultus mei et deus meus. Ant Ego dixi domine miserere mi
hi: sana animam meam quia peccavi tibi Domine eripe me de homine iniquo et doloso erue me Quia tu
es deus fortitudo mea quare me repulisti: quare